

SECTIO PRIOR. DE SACRA SCRIFTURA.	1043, 1046
CAPUT PRIMUM. DE SACRORUM LIBRORUM CANONE ET AUCTORITATE.	1047
PROP. I. Canon sacrorum librorum a concilio Tridentino editus solidum habet in primitiva Ecclesia fundamentum, ac integer est omnino retinendus.	1049
DIFFICULTATES.	1055
PROP. II. Rejecta Ecclesiae catholicae auctoritate nequeunt protestantes certum sacrae Scripturae canonem constituere.	1073
DIFFICULTATES.	1078
CAP. II. DE DIVINA CANONICORUM LIBRORUM INSPIRATIONE.	1081
PROP. I. Jure merito concilium Tridentinum docet unum Deum esse librorum canonicorum utriusque testamenti auctorem, seu eos esse libros sacros, utpote Spiritu S. afflante, saltem quoad res et sententias, conscriptos.	1087
DIFFICULTATES.	1090
PROP. II. Rejecta Ecclesiae catholicae auctoritate, certo constare nequit protestantibus divina librorum canonicorum inspiratio.	1098
DIFFICULTATES.	1102
CAP. III. DE SACRARUM SCRIPTURARUM INTERPRETATIONE.	1109
ARTIC. I. De sacrarum litterarum interpretatione dogmatica.	1110
PROP. I. Scriptura sacra etiam in iis quae ad fidem et mores pertinent non ita clara est, ut interprete non indigeat.	1111
DIFFICULTATES.	1115
PROP. II. Solius Ecclesiae est dogmaticam praebere Scripturae sacrae interpretationem.	1120
DIFFICULTATES.	1125
PROP. III. Protestantes, abjecta Ecclesiae auctoritate, nunquam certi esse possunt de dogmatica Scripturarum interpretatione.	1125
DIFFICULTATES.	1151
ARTIC. II. De exegetica seu scientifica Scripturarum divinarum interpretatione.	1140
CAP. IV. DE SCRIPTURAE SACRAE VERSIONIBUS.	1151
PROP. I. Merito Tridentina synodus ex omnibus latinis editionibus quae circumferebantur sacrorum librorum veterem vulgatam editionem pro authentica habendam esse statuit et declaravit.	1154
DIFFICULTATES.	1159
PROP. II. Jure optimo romani pontifices societates biblicas nuncupatas veluti noxias et perniciosas iteratis decretis improbarunt.	1170
DIFFICULTATES.	1174
CAP. V. DE SACRAE SCRIPTURAE LECTIOE IN LINGUA VERNACULA.	1179
PROP. I. Sacrae Scripturae lectio Christifidelibus indiscriminatum omnibus minime necessaria est ad salutem.	1180
DIFFICULTATES.	1182
PROP. II. Nunquam Ecclesia aut rom. pontifices universim prohibuerunt fidelibus sacrae Scripturae lectionem in lingua vernacula, sed modo improbarunt, modo probarunt prout temporum, locorum, aut personarum adjuncta ac fidelium utilitas exposcere videbantur.	1187
DIFFICULTATES.	1195
SECTIO II. DE TRADITIONE.	1193, 1196
CAPUT PRIMUM. DE NECESSITATE ET EXISTENTIA TRADITIONIS.	1198
PROP. Praeter sacram Scripturam admitti necessario debent traditiones divinae dogmaticae ab illa plane distinctae.	1199
DIFFICULTATES E SCRIPTURA.	1207
DIFFICULTATES EX SANCTIS PATRIBUS ET DOCTORIBUS.	1217
DIFFICULTATES EX NATURA ET INCOMMODIS TRADITIONIS.	1226
CAP. II. DE MEDIIS GENERALIBUS QUIBUS TRANSMISSA EST PRIMITIVA DOGMATICA TRADITIO, QUIBUSQUE TUTO COGNOSCI POTEST.	1233
§ I. De Ecclesiae magisterio.	1234
§ II. De conciliorum praesertim oecumenicorum actis.	1255
§ III. De martyrum actis.	1257
§ IV. De sacra Liturgia.	1258
§ V. De praxi Ecclesiae in publica et solemni sacramentorum administratione, et cultu religioso.	1240
§ VI. De sanctis patribus.	1241
§ VII. De scholasticis theologis.	1244
§ VIII. De haereticis.	1246
§ IX. De historia ecclesiastica.	1248
CAP. III. DE MEDIIS SINGULARIBUS QUIBUS ANTIQUA TRA-	

ADITIO TRANSMISSA EST ATQUE COGNOSCITUR.

§ I. De Epigraphia.

§ II. De veterum christianorum monumentis reliquis.

PARS III. DE ANALOGIA RATIONIS ET FIDEI.

SECTIO PRIMA. DE ANALOGIA RATIONIS AC FIDEI IN SE SPECTATA.

CAPUT I. DE RATIONE ANTE FIDEM SPECTATA.

ARTIC. I. De recto rationis usu ante fidem.

PRENOTANDA.

PROP. I. Plures veritates naturalis ordinis, quae tanquam praebula fidei spectari possunt, absque supernaturalis revelationis subsidio, recta ratio omnimoda certitudine cognoscere potest.

DIFFICULTATES.

PROP. II. Ratio, etiam individualis, ac propterea absque consensus generis humani subsidio, potest sibi in pluribus veritatibus certitudinem comparare.

DIFFICULTATES.

PROP. III. Potest humana ratio certo cognoscere motiva, quae vocantur credibilitatis, ac per ea sibi comparare certitudinem existentiae divinae revelationis.

DIFFICULTATES.

PROP. IV. Potest pariter humana ratio certo vere Christi Ecclesiae cognoscere existentiam.

DIFFICULTATES.

ARTIC. II. De abusu rationis ante fidem.

§ I. De philosophica doctrinae placitis, quae directe fidei susceptioni adversantur.

1. De pantheismo.

2. De materialismo.

3. De fatalismo ac determinismo.

§ II. De placitis philosophicis, quae indirecte fidei susceptioni obstant.

1. De sensismo mystico.

2. De empirismo.

3. De hermesianismo philosophico.

CAP. II. DE RATIONE CUM FIDE.

ARTIC. I. De fide in sua natura spectata.

PROP. I. Fides in natura sua ac principio formali spectata essentialiter a scientia distinguitur.

PROP. II. Licet motiva credibilitatis extrinsecam pariant obiectorum fidei evidentiam, nunquam tamen constituere possunt motivum formale actus fidei.

DIFFICULTATES.

PROP. III. Demonstratio cuius capax est veritas christianae fidei, aut motivum quodecumque credibilitatis non officit libertati illi qua voluntas actum fidei impetare debet.

DIFFICULTATES.

PROP. IV. Potest de uno eodemque objecto haberi simul scientia ac fides.

DIFFICULTATES.

ARTIC. II. De nexu ac mutua relatione fidei inter ac rationem.

PROP. I. Fides neque extinguit naturale recte rationis lumen, neque illi unquam potest adversari.

DIFFICULTATES.

PROP. II. Fides humanae rationis incrementis non adversatur, sed ea potius mirifice provelit.

DIFFICULTATES.

CAP. III. DE RATIONE POST FIDEM.

ARTIC. I. De recto rationis usu post fidem.

PROP. I. Post susceptam fidem potest humana ratio fundamenta ipsius fidei, singulorumque dogmatum investigare, eaque tueri.

DIFFICULTATES.

PROP. II. Potest praeterea humana ratio fidei doctrinam ad tractationem vere scientificam evehere.

DIFFICULTATES.

ARTIC. II. De abusu rationis post fidem.

PROP. I. Nequit humana ratio se ipsam unicam fidei regulam constituere, quin fidem destruat, quae ab auctoritate pendet.

DIFFICULTATES.

PROP. II. Ab essentiali protestantismi constitutione ac natura necessario profuit rationalismus, seu si protestantismus est verus, falsus est christianismus.

DIFFICULTATES.

SECTIO II. DE METHODOLOGIA.

CAPUT I. DE THEOLOGICI MUNERE.

CAP. II. DE METHODO.

CAP. III. DE INSTRUMENTIS SEU MEDIIS QUAE THEOLOGICI USUI ESSE POSSUNT.

THESIS DOGMATICA

DE

IMMACULATA B. V. M. CONCEPTIONE ⁽¹⁾.

PROPOSITIO IV. — *Beatissimam Virginem Mariam ex primo instanti suae Conceptionis fuisse singulari Omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi, ab omni originalis culpae labe praeservatam immunem, veritas est a Deo revelata, atque idecirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credenda.*

1. De fide est propositio quoad omnes suas partes ut constat ex dogmatico decreto edito a summo Pontifice Pio IX in Constitut. *Ineffabilis Deus*, vi Idus Decemb. an. 1854, cujus quidem decreti verba haec sunt: « Definimus, doctrinam, quae tenet beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae Conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae labe praeservatam immunem, esse a Deo revelatam atque idecirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam (2). »

2. Juerit nonnulla praemittere ad doctrinae propositae dilucidationem antequam ad ejus vindicias agendas accedamus.

5. Ac primo quidem exploratum omnibus esse debet in hac propositione unice agi de Conceptione *passiva*, seu de primo illo instanti quo anima B. M. Virginis a Deo creata et in corpus infusa est, ut loquitur Alexander VII (3).

4. Secundo exploratum pariter esse debet gratiae aut peccati sedem seu subjectum esse animam, eamque solam; corpus vero cui anima copulata est, seu quod ab anima informat, non nisi effectus

participare sive status gratiae sive status peccati.

5. Tertio, cum dicitur animam B. Virginis Dei omnipotentis gratia ac privilegio servatam immunem fuisse a culpae originalis labe, intelligi debet *positiva ratione*, quatenus nempe anima B. M. in primo illo quo creata est instanti, fuerit Spiritus Sancti gratia ornata qua Deo placuit.

6. Quarto, eo ipso quod *intuitu meritorum Christi* affirmetur ejusmodi gratia ac privilegio aucta B. V. Mariae anima, patet non excludi B. Virginem a communi redemptione, sed eam prorsus fuisse sanguine Christi redemptam, quamvis singulari illa redemptionis specie, quae praeservationis fuerit, ita ut Christus illi meruerit praeservationem ab originalis labis incursu.

7. Quibus ita compositis, sic assertam propositionem adstruimus: veritas illa a Deo revelata habenda est, atque idecirco ab omnibus firmiter constanterque credenda, quae in Scriptura, in divina traditione, atque in perpetuo Ecclesiae sensu fundatur. Atqui ejusmodi est veritas de immunitate Beatissimae Virginis Mariae a culpae originalis labe in primo conceptionis suae instanti, singulari Dei omnipotentis gratia et privilegio intuitu meritorum Christi. Ergo

8. De majori hujus argumenti quaestio nulla esse potest. Itaque sola minor probanda remanet, quam ita per partes singulas ostendimus.

9. Palmaria prorsus sunt, ut ex divinis litteris exordiamur, quae Genes. III, 15, leguntur post nostrorum protoparentum lapsum, dum Deus serpen-

Romae 1855, p. 597-616.

(3) In Constit. *Sollicitudo omnium ecclesiarum*, VIII, Dec. 1661. De qua distinctione inter conceptionem activam et passivam cf. Bened. XIV. in op. *de festis* lib. II. c. xv. n. 1. opp. edit. Rom. 1751. tom. X.

(1) *Thesis haec, quae defectu definitionis inter dogmaticas propositiones locum habere non potuit, cum Praelectiones nostrae theologiae typis primum mandarentur, inseri debet Tractatui de Deo creatore Part. III. cap. IV. post tres propositiones de peccati originalis propagatione, tom. I, col. 780.*

(2) Cf. Pii IX. *Pontificis Maximi Acta*, pars prima

tem seu diabolus primordialis peccati auctorem alloquitur: « Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus. » Qui textus merito πρωτευαγγελιον a majoribus dictus est eo quod in eo promissio contineatur futuri hominum Liberatoris ac Salvatoris, scilicet Christi.

10. Porro ut in priori hujus textus pericope sistamus, certum est ex totius Christiani orbis interpretatione, hic agi de Christo ejusque matre, deque demone deceptore ad quem vincendum Liberator futurus prænunciatur.

11. Jam vero illis verbis: *inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius*, denunciatu identitas inimiciarum inter dæmonem et semen mulieris, et inimiciarum quæ intercedere debebant inter dæmonem et mulierem ipsam. Siquidem licet subjecta harum inimiciarum sint diversa, mulier scilicet et semen mulieris, tamen unum idemque est objectum: nimirum inimicitia quæ in futurum a Deo ponendæ prænunciatur, unæ et eadem sunt. Atqui nemo negaverit inimicitias inter dæmonem et semen mulieris, id est Christum, fuisse absolutas atque perpetuas, quæque nullam præcedentem amicitiam admittant; igitur perpetuæ et absolutæ pariter fuerunt, excludentesque quamvis anteriorem amicitiam, mulieris inimicitia cum dæmone; tales autem non fuissent si B. Virgo Deipara vel unico instanti originali subjacisset peccato. Ergo.

12. Rursum, ad alteram quod attinet pericopen per verba: *et ipsa (vel ipsum aut ipse), conteret caput tuum*, denunciatu effectus prædictarum inimiciarum tum ex parte seminis mulieris tum ex parte mulieris ipsius adversus dæmonem ejusque molitionem; quod nempe plenum de eo triumphum essent latu; si enim legatur *ipsum* aut *ipse* ut hebraicus textus ac samaritanus versioque alexandrina præferunt (1), erit Christus qui penitus morte sua de dæmone triumphabit; si vero legatur *ipsa* cum Vulgata latina (2), erit mulier quæ virtute seminis sui nempe Christi plenum hunc referet triumphum. Sed triumphus hic plenus non fuisset, si dæmon veneno suo seu peccato mulierem, seu B. Virginem infecisset; aut quod idem est, si mulier perpetuo a culpa non fuisset immunis. Hæc enim in hypothesi non *ipsa* caput contrivisset serpentis, nempe dæmonis, sed contra Dei interminationem,

(1) Cf. Franc. Xav. Patritii S. J. de 877 hoc est de immaculata Maria origine a Deo prædicta disquisitio. Romæ, 1855. Part. 1. de pronomine Ipsa §. 1. Argumenta ex arte critica, ubi accurate recenset textus omnes, editiones, versiones mss. quæ habent aut *ipsum* et *ipse*, aut *ipsa*.

(2) Quæ nempe auctoritate Sixti V et Clementis VIII. typis Vaticanis prodit.

(3) Ex dictis ad Christum primario referri debet hoc oraculum quod pro objecto habet inimicitiam perpetuam inter diabolum et Christum ejusque matrem. Vi hujus inimicitia quemadmodum diabolus Christi calcaneum erat appetiturus morte quam hu-

serpens seu dæmon contrivisset caput mulieris. Quod dictum est de muliere, a fortiori dici debet de mulieris semine, nempe de Christo (3). Unde sic: triumphus referendus tum a mulieris semine tum ab ipsa muliere a Deo prænunciatur ut fructus aut effectus inimiciarum, quæ ponendæ ab ipso Deo erant inter serpentem et mulierem, mulierisque semen; jam vero ejusmodi inimicitia ex dictis communes, imo vero identicæ fuerunt tum mulieri tum ejus semini; ergo et triumphus de serpente debuit esse communis et identicus mulieri ejusque semini, cum hoc solo discrimine quod semen mulieris esset latuum triumphum hunc virtute propria, mulier vero virtute seminis seu filii sui. Atque hac ratione per belle inter se componuntur ambæ lectiones sive hebraica sive latina *ipsum* et *ipsa*, prout revera patres indiscriminatim hunc triumphum, in sensu exposito, modo filio modo matri tribuunt, præsertim si per serpentis seu dæmonis semen infectio ipsa humanæ naturæ per peccatum intelligatur, ut non inepte a nonnullis exponitur (4).

13. Et hæc ex sacris litteris nobis attulisse sufficiat; si quis vero huic Geneseos oraculo, quod plane rem nostram conficit, alia voluerit testimonium adtexere, non repugnabimus, ex. gr. Salutationem angelicam: *Ave gratia plena* (5); item alia ejusdem Gabrielis Archangeli verba, quibus B. Virginem allocutus est: *Invenisti gratiam apud Deum* (6); nec non sanctæ Elisabethæ, quæ repleta Spiritu Sancto ad Salutationem Mariæ exclamavit et dixit: *Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui* (7). Siquidem hæc aliaque ejusmodi vim suam mutuatur a textu illo primævo fundamentali et a communi patrum exegesi ac traditione.

14. Eadem veritas non minus luculenter patet ex Patrum traditione, quorum una est conspiratio in Virginis privilegio hoc de immunitate ab originali labe, non dicam adstruendo, sed asserendo, cum illud perpetuo supponant, ut ex ipsorum verbis planum fiet. Ne vero in eorum testimoniis asserendis nimii simus, eos in nonnullas veluti classes redigemus.

15. I. Prima eorum sit, qui Geneseos protevangeliū de hac B. Virginis immunitate exposuerunt; talis est sanctus Jo. Chrysostomus, qui explanans locum Genes. III. ita Deum serpentem alloquentem inducit: « Neque hoc contentus ero, quod super terram reptes, sed et inimicam fœderisque nesciam

manitati seu corpori erat allaturus per ministros suos in cruce, sic hæc ipsa morte erat ipse vincendus per destructionem peccati. Beata autem Maria mater ejus vi mortis ejusdem debuit eandem præferre inimicitiam adversus diabolū eumque vincere exemptione illius peccati quo diabolus universam naturam infecit humanam, unico Christo ejusque matre exceptis.

(4) Cf. cit. op. Patritii prop. II. p. 51

(5) Luc. I. 28.

(6) Ibid. v. 50.

(7) Ibid. v. 42.

(εχθραν ἀποδοῦν) faciam tibi mulierem; neque eam solam sed et semen ejus semini tuo hostem perpetuum faciam (1). » En inimicitias perpetuas inter mulierem ejusque semen et serpentem seu dæmonem denunciatis.

16. Hanc eandem inimicitiam perpetuam proclamavit sanctus Proclus, successor ac discipulus sancti Jo. Chrysostomi, eam vocans *naturalem*; sic enim dæmones conjurantes in B. Virginem describit: « Quid igitur? Desistemusne ab insidiis, quia ipsa digna facta est custodia magna? Recedendumne a naturali inimicitia (ἀντιπαθελος) (naturali contrarietate), quia superno ipsa tegitur auxilio (2)? » Qui deinceps paulo post comparata B. Virgine cum Eva, ita rursus dæmones inter se colloquentes inducit: « Enimvero iterumne cum secunda Eva nobis instat certamen? Instruendane acies adversus impollutam mulierem (3)? »

17. Neque alia ratione Patres exegetice enarrant alterum textus Geneseos quem attulimus incisum: *et ipsa conteret caput tuum*. Ita vetus auctor homilia in Annunciationem Deiparæ, qui sic effert Angelum B. Virginem alloquentem: « Ave nunc igitur, et exulta. Ave et conculca serpentis caput. Ave, o gratia plena, cessavit enim maledictio, expulsa est corruptio; tristitia emaruerunt, læta florent, adest bonum a prophetis olim prædicatum (4). »

18. Qua de causa Theophanes representat eandem B. Virginem sumentem de dæmonibus vindictam dicens: « Salve o ultrix adversus dæmones! Salve o expiatorium (seu purgatio) macularum mearum (5). »

19. Ab aliis B. Virgo refertur ut illa sola mulier promissa, quæ cohibet maledictionem progenitorum, uti Officium græcum in Ode IX quæ recitatur die XI Augusti: « Sola inter mulieres finem fecisti maledictioni primorum plastorum, o Dei sponsa... innovasti naturæ leges, o immaculata. »

20. Vel etiam ut sola benedicta prædicatur, quæ Evæ cladem reparaverit: ita sanctus Joseph Hymnographus nuncupatus, qui sic B. Virginem affatur: « Tu sola cladem primæ matris Evæ resarcisti, quæ Redemptorem ac Salvatorem omnium genuisti... o Dei Genitrix, sola inter mulieres benedicta (6); » aut quæ destruxerit antiquam diram sententiam in humanum genus prolata: « Te magnificamus, o Deipara, velut eversionem antiquæ diræ sententiæ.

(1) Hom. XVIII. in Gen. III. n. 7. p. 145. tom. IV. opp. ed. Maur. Quamvis s. Doctor. h. l. non loquatur nisi de generali odio, seu inimicitia inter humanum genus ac serpentem, eo quod cortici litteræ insistere voluit, nihilominus ex eo habemus ejusmodi inimicitiam esse omnino absolutam, perpetuamque, et quod de universo genere humano affirmavit, multo magis de Christo ejusque sanctissima Matre esse intelligendum; cum altiori sensu oraculum ad dæmonem sub serpentis larva latentem referatur.

(2) Orat. VII. in Dei Genitricem. n. XVI. Galland. t. IX. p. 645.

(3) Ibid.

velut reparationem primæ matris, velut causam re-ditus stirpis humanæ ad Deum, velut pontem ad creatorem (7); » aut illa per quam primi parentis damnatio evanuerit: « In te damnatio, quæ ex Adam erat, evanuit, et repudiata hominum naturā reconciliata est (8); » et per quam mors ac infernus devicti fuerint: « Per te, o innocens mater, mors expulsa est, et aculeus inferni disparuit (9). »

21. Neque ab his dissentiunt Latini circa utrumque textus nostri membrum. Sane vetus auctor epistolæ *De viro perfecto* Hieronymo adscriptæ his verbis priorem pericopæ partem exponit: « Mater itaque Domini Nostri Jesu Christi in illa jam tunc muliere promissa est. Hæc inimicitia opposita est serpentis: *ponam*, inquit, *inimicitias inter te et mulierem*: non certe *pono* dicit, ne ad Evam hoc pertinere videretur. Verbum promissionis est, quod transmittitur in futura. *Ponam*, inquit, *inimicitias inter te et mulierem*. Illam utique mulierem, quæ Salvatore parturiam, non quæ generet fratricidam. *Ponam*, inquit, *inimicitias inter te et mulierem*, id est suscitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, non solum te non audiat, » etc. (10).

22. Prudentius vero utrumque oraculi membrum complexus est dum in hymno, quem *Ante cibum* inscripsit, cecinit:

« Hoc odium vetus illud erat;
Hoc erat aspidis atque hominis
Digladiabile dissidium,
Quod modo cernua femineis
Vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita
Omnia Virgo venena domat:
Tractibus anguis inexplicitis
Virus inermis piger vomuit.
Gramine concolor in viridi (11). »

23. II. Altera classis constituitur ex illis Patribus sive Græcis sive Latinis, qui Angelicam salutationem ita exposuerunt, ut Beata Virgo per gratiæ plenitudinem quam ipsa consecuta est, fieret prorsus singularis inter creaturas omnes, purior celestibus agminibus, omnisque labis expertis. Tales sunt Origenes, s. Ambrosius, s. Sophronius Hierosolymitanus, s. Andreas Cretensis, s. Joannes Damascenus. Ne longiores simus, speciminis gratia unius aut alterius verba describemus. Itaque s. Andreas Cretensis sic Angelum Beatissimam Virginem

(4) Inter opera S. Jo. Chrysost., t. XI. ed. Maur., p. 859. quam quidem homiliam ex Græcis nonnulli ibid. tribuunt S. Gregorio Nysseno.

(5) Ode IX. quæ ab Ecclesia Græca recitatur die 16. Januar.

(6) Ode VI. diei 21. Augusti.

(7) Ode VIII. diei 20. Julii in græc. Officio.

(8) Ode VIII. diei 18. Jul. in eodem officio.

(9) Ode I. diei 15. Jul. in eodem officio.

(10) In append. opp. s. Hieron. edit. Maurin. an.

1706. t. V. col. 57.

(11) Cathem. hymn. III. v. 141. seqq. ed. Arevalo.

alloquentem exhibet : « Gratosam te dixi, velut quæ ipsam totam gratiam utero susceperis, stolamque divinorum splendore charismatum vere gratiosam (1). » Et s. Ambrosius : « Bene enim, inquit, sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consequuta est, ut gratiæ repletur auctore (2). » S. vero Jo. Damascenus hac gratia B. Virginem angelos sanctitate superasse his verbis declarat : « Ave vere gratia plena, ave, quoniam Angelis tu sanctior es et Archangelis præstantior. . . Ave gratia plena, quæ Principatibus superior, Potestatibus sublimior. . . speciosior Cherubim, augustior Seraphim. . . cælis excelsior, et sole quem conspicimus purior (3). »

24. Eadem traditio elucet ex iis, qui explanantes insequentia Archangeli verba : *invenisti gratiam apud Deum*, ejusdem privilegium aperte adstruunt, ut inter ceteros s. Sophronius scribens : « Invenisti gratiam apud Deum præ omnibus splendidam, invenisti gratiam apud Deum integram (non immunitam). . . Invenisti gratiam apud Deum perpetuam. . . Invenisti gratiam quam nemo recepit. . . Nemo præter te præpurificatus est (nempe maturius, antèrius, gr. οὐδὲς κατὰ σὲ προκεκαθάρισται) (4). » Et s. Andreas Cretensis : « Ne timeas, invenisti gratiam apud Deum, nimirum gratiam, quam Eva amiserat. . . Gratiam invenisti, quam nullus a seculo, sicut te, invenit (5). » Et Ecclesia græca sic Deiparam celebrat : « Purissimus Dei Filius (Verbum) cum purissimam te solam invenisset, o prosus immunis ab omni labe, ex utero tuo genitus a labe emundat credentes (6) » et ita passim (7).

25. Quod vero attinet ad alias Patrum classes, satis nobis erit ad finem nostrum colligere sententias, studiosum remittentes ad fontes ipsos ut inde hauriat quæ sibi magis opportuna videbuntur.

26. III. Itaque tertia classis ex iis Patribus constituitur, *indefinite ac sine exceptione ulla* quamvis maculæ labem remouent a B. Virgine; tales sunt s. Ambrosius (8), s. Sophronius (9), s. Jo. Damas-

- (1) *In Annunt. Deip.* apud Galland.
 (2) *In Luc. lib. iii. n. 9.*
 (3) *In Annunt. Deip.* tom. ii. p. 858.
 (4) *Orat. in Annunt. Virg.* apud Nicod. p. 215.
 (5) *Orat. in Annunt. Deip.* p. 105. tom. xiii. Galland.
 (6) Ode vii. die 9. Julii.
 (7) Cf. *In eodem Officio Eccl. Græcæ* Ode vi. diei 9. August. Ode iii. diei 14. Jul. et Ode vii. diei 17. Jul. Ode ix. diei 28. August. Nec non Isidor. Thessalonien. in *Orat. in Annunt.* iii. in *Mariæ* Isid. Thessalon. p. 61-62.
 (8) *In Ps. 118. serm. 22. n. 50.*
 (9) *In Epist. Synodica* lecta et approbata in conc. Oecum. vi. Act. xi. *In coll. conc. Mansi* tom. xi. col. 471.
 (10) *Orat.* tom. ii. p. 856.
 (11) *Lib. De Nat. et grat. C. 36. n. 42.*
 (12) *Orat. in s. Deip. ingressu in templum* Combefis. Auctar. tom. i. p. 1098.
 (13) Cf. quæ de germana lectione hujus Augusti-

cenus (10), s. Augustinus (11), Gregorius Metropolitae Nicomediensis (12). Unius Ambrosii et Augustini testimonia proferemus; s. Ambrosius loquens de B. Virgine ait : « Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati » et s. Augustinus : « Excepta, itaque, inquit, sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccato agitur, haberi volo quæstionem, inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. » Porro dato etiam, ut nonnulli contendunt hic directe agere s. Doctorem, de peccatis actualibus, attamen et in hypotesi s. Augustini, quod levia peccata etiam subreptitia ex nativa infirmitate per originale peccatum contracta proveniant; et ex formulis generalibus quibus ipse utitur de honore Domini deque gratiæ cõpia eidem Virgini collata ad vincendum peccatum omni ex parte, manifestum sit non modo ipsum a Dei genitricæ actualia peccata, verum etiam, immo magis, originale peccatum excludere (13); quod expressit Gregorius Metropolitae Nicomediensis dum vocat B. Virginem *formosam per naturam, et in quam macula cadere non potest* (14) (*μόρῳ ἀνεπέδευτος*).

27. IV. Quarta classis ex illis Patribus exurgit, qui sin minus conceptis verbis, æquivalentibus saltem privilegium hoc B. Virgini tribuunt, cujusmodi sunt s. Augustinus (15), Andreas Cretensis (16), Georgius Nicomed. (17), Joannes Geometra (18), s. Paschasius Radbertus (19). Jam vero cum Julianus exprobrasset s. Augustino, quod ipse doctrina de peccato originali in omnes homines transmissio in-honoraret B. Virginem dicens : « Tu ipsam Mariam diabolo nascendi conditione transcribis, » hanc calumniam s. Doctor a se repellit prorsus his verbis : « Non transcribimus diabolo Mariam conditione nascendi, » et dat rationem : « Sed ideo, quia ipsa conditio solvit gratia renascendi, » nempe quia gratia præventa fuit, quominus peccatum commune contraheret (20). S. Andreas dicit Mariam « *ex toto sermento*, seu conspersione culpæ,

niani textus scripsimus in *Disquisitione theologica de immac. V. M. conceptu* Par. i. cap. xi. ed. xi. Taurin. 1854, pag. 61. Nescio ubi invenerit anonymus auctor op. cui tit. *Proposta* etc. de quo postea loquemur, illos 21 codices quos commemorat edit. Maurin. quum ipsi non nisi quinque codicum mentionem faciant Vatican. quorum duo legunt *inde*, et tres *unde*.

- (14) *In orat. de nativ. Deip.* apud Galland. T. xiii. pag. 95.
 (15) *Op. imperf. adv. Julian.*
 (16) *Orat. et loc. cit.* p. 1122.
 (17) *De Deip. annuntiat. §. vii. p. 748.*
 (18) *Orat. in s. Deip. ingressu in Templ. Combefis.* T. i. p. 1122.
 (19) *In lib. De Partu Virginis*, olim adscripto s. Alphonso Toletano, sed a d'Acheri in *Spicileg.* Tom. xii. Paris 1675. Auctori suo vindicato.
 (20) Dignum animadversionem hic est, quod Julianus pro certo sumat receptam in Ecclesia doctrinam de immunitate Beatæ Virginis a culpa in ipsa

non fuisse fermentatam. » Georgius Nicomed. affirmat Mariam a natura inquinamenti exempta n, seu exceptam (*ἐξρημένην*) Jo. Geometra : Non tangit, inquit, ipsa (virgo) arborem, sed arbor eam tangit. Arbor nempe vitæ propter arborem scientiæ. Paschasius vero Radbertus affirmat, quod nullis, quando nata est, subjacuit deliciis nec contraxit in utero sanctificatu peccatum originale, adjiciens quod constat eam ab omni originali peccato immunem fuisse.

28. V. Quintam classem constituunt Patres illi, qui comparationem instituentes inter primos progenitores et B. Virginem, hanc ab illorum culpa immunem faciunt. Recensentur porro hac in classe Theodotus Ancyranus acerrimus propugnator fidei catholice in concilio Ephesino adversus Nestorium (1), s. Ephrem Syrus (2), s. Sophronius (3), s. Joan. Damascenus (4), Vetus auctor Sermonis de nativitate Domini s. Augustino adscripti (5) nec non alterius sermonis inter augustinianos (6), s. Germanus (7) aliique passim. Unius alteriusve verba pronamus. Theodotus vocat Mariam « Neptem Adamo dissimilem; » s. Germanus inducit B. Virginem Angelo dicentem : « At ego nihil Evæ illi similis sum; » s. Ephrem « quæ duæ femine (inquit) innocentia

sua conceptione, adeoque eam objecerit s. Augustino. Si persuasum porro fuisset s. Doctori B. Virginem sicut ceteros contraxisse originale, culpam profecto id fassus esset ad eum modum, quo de sanctissimis viris Jeremia et Joanne professus est scribens (ibid. c. xxxiv.) : « Et Jeremias et Joannes, quamvis sanctificati in uteris matrum, traxerunt tamen originale peccatum. . . erant illi et natura filii iræ ab uteris matrum, et gratia filii misericordiæ ab uteris matrum. » Ergo gratia renascendi per quam in Maria conditio nascendi soluta est, fuit gratia præveniens qua in ipsa conceptione B. Virgo immunis a communi culpa servata fuit, et hac de causa negat se doctrina peccati originalis in omnes transmissi, transcribere diabolo Mariam; alioquin non reputasset sibi impactam a Juliano calumniam, quod ipse contra Ecclesiæ sensum Mariam diabolo transcriberet.

- (1) *In orat. in s. Christi nativitate.* apud Galland. tom. ix. p. 475.
 (2) *Serm. exeget. ad Genes. C. 3.* opp. Syro-Latin. tom. ii. p. 327. et p. 329.
 (3) *In Triodo* apud Card. Mai *Spicileg.* tom. iv. pag. 137.
 (4) *Orat. in annunt.* tom. ii. p. 858.
 (5) *Opp. s. Augustin.* append. tom. v. p. 125. n. 2.
 (6) *Ibid. serm. 120. n. 4.*
 (7) *In annunt. s. Mariæ* apud Combefis. Auctar. tom. i. p. 1427.
 (8) Prout cit. Anonymus Taurinensis se gessit, qui non obstante damnata a tribus Rom. Pontificibus, Gregorio XIII, s. Pio V, et Urbano VIII, prop. 75 : « Nemo præter Christum est absque peccato originali : hinc beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adamo contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut et aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis, » hæc, inquam, non obstante proscripta propositione, cit. Anonymus cap. ii. p. 59. eandem propositionem adstruere non veretur his verbis : « Perciò Maria Vergine avendo avuto un corpo mortale, ed essendo morta. . . si come non è morta per peccati altrui, il

et simplicitate floruerunt Maria et Eva, altera salutis, altera nostræ mortis origo fuit : » qui deinde utramque comparat utriusque corporis oculo, quorum alter, nempe dexter, refert Mariam, qui semper nitidissimus fuit, alter scilicet sinister, qui refert Evam, plane cæcus, seu occæcatus lumen amisit. S. Sophronius : « In te, inquit, sola benedicta, requievit Christus, et carnem suam ex te sumpsit, » et s. Jo. Damascenus : « Sola, scribit, inter mulieres benedicta, quæ primæ parentis Evæ lapsus restaurasti, » sic ceteri omnes.

29. Reliquos Patres missos facio qui vel B. Virginem immunem faciunt a peccati originalis poenis, præsertim vero a morte, quam in ea numquam repetunt ex eo quod peccatum primæ parentis contraxerit (8); vel quum docent B. Virginem *solam puram* inter homines fuisse, *solamque sine macula* (9), vel cum adstruunt *solam B. Virginem numquam fuisse a Deo sejunctam* eamque *semper benedictam* appellant, *semperque beatam, ac virgam semper virentem* (10), vel cum sanctitate eam angelis omnibus præcellentem affirmant (11), vel cum antonomastice eam *Dei filiam* atque a *Deo natam*, et quidem *solam filiam vitæ* vocant ad discrimen ceterorum hominum, qui dicuntur *filii iræ* eo quod

che è tutto proprio del Salvatore, di necessità è morta pel peccato proprio, cioè pel peccato originale, altrimenti Dio le avrebbe fatta un'ingiustizia; » Quo manifestum jansenianum se prodit. Cf. quæ hæc super re scripsimus in cit. *Disquisitione* part. i. cap. vi. §. iv. Frustra hic Anonymus nititur Patrum effata ad suum placitum pertrahere; cum ipsi aperte contrarium adstruant, inter quos sunt recensendi s. Germanus *In dormit. Deipar. serm. 7. auct. Combefis.* tom. i. p. 1434. Ecclesia Græca in die Assumpt. *Men. Augus.* die 15. Od. i. et iterum *Men. Aug.* die 17. in line. S. Jo. Damasc. *Orat. in Deip. n. 3.* pag. 871. tom. ii. Le-Quien. S. Epiphani. *heres. lxxviii. n. 11.* Petav. S. Theodorus Studita *Orat. vi. in Dormit. Deip. n. 2.* p. 55-56. Nov. Biblioth. ab emo. Mai ed. tom. v. p. iii. aliique passim.

- (9) Ita s. Jo. Damasc. in *homil. in annunti.* B. V. tom. ii. pag. 840. s. Ephrem. tom. iii. opp. græcolatin. p. 324. s. Theod. Studita *Orat. vi. in dormit. Deip.* in N. Biblioth. Card. Mai. c. præter Officia Eccles. Græc. in festo s. Emiliani die 8. Aug. Ode viii. in festo s. Martyr. Agathonici die 26. Aug. Ode iv. in vigil. *nat. Dom.* 24. Dec. Ode vii. et alibi.
 (10) Uti Ecclesia Græca in Officio ss. mm. Callinici Philemonis etc., die 14. Dec. Ode viii. in Officio adventus die 25. Dec. Ode vii. die 2. Jan. Ode viii. *Homil. iii. Georgii Nicomed.* apud Combefis. Auctar. tom. i. p. 1065. Andreas Cret. in *orat. de Nativ. B. M. V.* apud Galland. tom. xiii. p. 179. Chrysippus qui floruit ætate conc. Chaled. in *hom. in Sanctam Mariam Deipar.* Bibl. PP. gr.-lat. Paris 1624. tom. ii. p. 424. S. Modestus episc. Hieros. in *Encomio in dormit. ss. Domine nostræ Deip.* Romæ 1760. p. 17.
 (11) Sic s. Modestus *Hom. De dormit. Mariæ* orat. viii. p. 51. Georg. Metrop. Nicomed. in *hom. In præsent. B. V.* ap. Combef. tom. i. p. 1118. Auctor epist. sub nom. s. Hieronymi. ad Paulum et Eustoch. opp. tom. xi. p. 106. Vallars. s. Jo. Damasc. *hom. In annunt. Deipar.* tom. ii. p. 838. seq. etc.